

262 De Clauſ. quād Muhierm ingress.

Ordinis, & habitus; fecus si diversi, quia lex clauſuræ excludit extraneam; monialis autem ejusdem Ordinis, & habitus non est extranea a Conventu, sed mortaliter propria illius. Negat absolute Castrop p. 3. d. p. 4. p. 10. n. 4. five monasterium sit ejusdem Ordinis, five diversi, quia unum monasterium non communica cum alio in clauſura. Quod est de mente Sac. Cong. quæ consulta, an moniales adveni essent admittendæ intra clauſuram, respondit negative in Pistorien. 16. Iulii 1585. Concedit tamen citatus Castrop, de Superioris licentia posse ingredi, si in eo loco non adsit hospitium, in quo commode noctem ducere possit, quia eo casu honestati monialis, & decetie religiosi habitus consultur, ac proinde confurgit legitima causa concedendi.

Quar. 9. An v. dux ingredi possint monasterium, ut ibi vitam degant honestam, & a sacularibus separaram.

Resp. De Episcopi, vel Prælati Monasterij licentia tantum non posse, sed requiri Pontificis concessionem. Quia casus hæc non necessitatis est, sed utilitatis, & proinde sub potestate Episcopi, vel monasterii non cedit. Ita referunt deciſum a Sac. Congr. Miranda, Campan. Homobon. & Barbos. alleg. 102. n. 67. Sicut pariter dicti Doctores referunt deciſum ab eadem Sac. Congr. non posse matribus concedi licentiam ingrediendi clauſuram ad inviſendas proprias filias morti proximas, quia talis ingressus non est medium, deo necessarium ad medendum agrotanticibus filiabus, quibus matrum præſentia p̄ix amors teneritudine posset eff. nociva.

§. VIII.

Cap. 7. §. 8.

263

§. VIII.

De Clauſura quād Puellas in educationem recipiendas.

Quar. 1. An puellæ educationis cauſa possint recipi in monialium monasteria.

Resp. Admitti posse, ut censuit Sac. Regulæ Congr. sed cum his legib⁹, videlicet, quod accedat Superioris, nec non monialium consensus capitulariter prestandus, & insuper ejusdem Sac. Congr. licentia reponenda in registris Cancelleriae Episcopalis, alias invalida redderetur. Ita eadem Sac. Congr. 27. Maii 1603. Quod Monasterium soleat hujusmodi educandas habere, quare monasteria mulierum poenitentium, vulgo Convertitatum, puellas ad educationem recipere neque solent, neque possunt. Sac. Congr. 12. Maii 1619. Puella ingrediatur sola absque ullo famulatu; sit major septem annis, minor vero vigintiquinque, habitu, cultuque utatur modesto, sine jocalibus, auro, vel serico; servet locutorium, & clauſuræ leges, & quidquid pro suis sumptibus monasterio erogandum erit; principio cuiuslibet semestris elargiatur, & pro tali solutione debet idonea securitas constitui. Sanch. & Barbos. nec debet permitti, viatum diem a parentibus, vel consanguineis subministrari. Sit in noviciatu cellula pro ea vacua, & numerus puellarum in eo monasterio educandarum non sit expletus, a quo monasterio puella ipsa nunquam exeat animo revertendi, nisi habitum monachalem ibi suscepit.

Quar. 2. An sit peccatum cogere puellas ad

in-

ingressum monasterii causa solius educationis.

Resp. Si coactio est illata puellis a non habentibus in illas potestatem dominativam, certe est peccatum lethale, quia graviter injuriosa. *Suar.* *l.3. de relig. lib.5. c.6. n.4.* Si vero sint illata a parentibus, vel tutoribus, & puellae sint impuberes, nullum est peccatum; quia utuntur iure quod habent in filias in illa etate. Si vero sint puberes, talem coactionem a peccato non excusat cum aliis *Diana p.2. tral.15. resolut. 56.* Quia ut observat *Suar. loc. cit.* cum puellæ majoris etatis sint sui juris in omnibus his, quæ pertinent ad statum animæ suæ, non possunt licere, & sine peccato a parentibus cogi ad tam arctam custodiæ, & rigidam clausuram, etiam temporalem; secus si ad aliquod tempus talis ingressus censeatur moraliter necessarius ad decentiam, & custodiæ ipsarum.

Quar. 3. An prædicta coactio; quando est peccaminosa, inducat excommunicationem latam a Concilio Trid. *sess. 25. c.28.*

Resp. Affirmant plures, & graves Doctores relati, & approbatæ Diana loc. cit. Quia Concilium anathematizando cogentes aliquam Virginem ad ingrediendum monasterium, vel ad suscipiendum habitum, vel ad emittendam professionem, tres prohibet coactiones, unam scilicet ad ingressum, alteram ad susceptionem professionis; & quidem inter se distinctas; prout declarat dictio illa vel, quæ stat alternative, & disjungit sensum, & verba *Bartol. in l. si is, qui ducens n. 2. ff. de reb. dub. Natt. conf. 625. vol. 4. Paril. 91. n. 29. lib. 2.* Adeoque ad contrahendam prædictam excommunicationem sufficit sola coactio ad ingressum, quia in alternativis sufficit alterum adimpleri, c. in al-

ters

ternativi de regul. jur. in 6. Rota dec. 566. n. 2. p. 1. recente.

Cum distinctione procedit Sanch. in *Sum. lib. 4. c. 4. n. 12.* Concedit contrahi excommunicationem, si coactio ad ingressum ordinetur ad susceptionem habitus, & professionis emissionem; nam cum tali tantum qualitate derogat libertati, quam Concilium intendit conservare in puellis ad religionem admittendis. Negat vero, si ordinetur tantum ad educationem, donec nuptii tradantur.

Quar. 4. An inductio dictarum puellarum ad ingressum monasterii educationis gratia, ut postea suscipiant habitum, subjaceat excommunicationi, si fiat ex metu reverentiali.

Resp. Cum distinctione superiorius allata c.2. §. 2. q.9. quamvis cum Riccio Portell. in addit. ad dub. regul. v. monialis n. 11. absolute doceat, taliter inducentes non affici excommunicatione, etiam si manifestent puellis statum monachalem illis convenire, eo quod non habeant dorem pro matrimonio, vel eo quod non illis securum erit, absque matrimonio, & monachatu permanere in seculo. Et addit hanc esse proxim in terra fere Ecclesia, juxta quam facientes parentes nemo credit illos excommunicatos; & idem assertit de suadentibus ad ingressum per preces iportunas, quia suasio importuna non est coactio. Verius tame est preces iportunas haberi loco coactionis, & cōpulsionis, ut ex crebriori se éitia testatur *Sper. dec. 150. n. 26.*

Nihilominus sententiam Portel. tradit etiam V. *llal. in sum. p. 1. sr. 17. dub. 31. n. 11.* Ubi pariter observat, Cardinalium Congr. declaratio, non incurtere hanc censuram illum, qui filiam instituere heredem cum pacto, ut aliquod monasterium ingrediatur, quod si renuerit

Confess. Monial.

M ipsum

ipsum monasterium haredem reliquit, & filiae solum assignat alimenta necessaria. Quia illa non est coactus, nec inductio per vim, sed potius per modum concupiscentiae.

Quar. 5. An puella educanda exiens e monasterio absque Superioris licentia, incidat in excommunicationem.

Resp. Non ncidere, quia Bulla S. Pii V. loquitur de profissis. Ita Lugo, & Giball. *de claus.* *dip. 1. c. 8. n. 4.* qui debent intelligi de excommunicatione Papali, secus de imposita ab Episcopo, in quam pfecto incidit, si exeat absque licentia; in hoc sensu, ut advertit Clericatus de Sacr. Euch. *de e. 18. n. 25.* intelligendi sunt Pollic. & Tamb. docentes supradictas puellas egredientes absque licentia e monasterio excommunicare nonem necurrere. Si tamen educationis gratia idem, vel aliud monasterium ingredi cupiat, licet am novam a Sac. Congr. petere debet, exprimendo se prius extitisse in eodem, vel alio monasterio eadem educationis causa; quia pariter licentia indiget qualibet alia, quae valetudinis gratia ad balnea egressa reverti velit in clausuram, teste Tambur. *dip. 1. q. 2. n. 15.*

Quar. 6. An annus septimus requisitus in puerula ad educationem recipienda, debeat esse completus.

Resp. Quod sic, quia in licentiis a Sac. Cong. pro puellarum educandarum receptione expediti soliti prescribunt, quod puella sit major septem annis; hic autem modus loquendi requirit excessum super annum septimum, qui proinde debet necessario esse completus. Neque in hoc possunt dispensari coram Ordinati, quia nullus interior in lege Superioris quidquam potest. Sicuti ob causam neque possunt dispensa-

sare, quod puella commoretur ultra annum etatis virginis quintum completem intra monasterium, licet agatur non de ingrediendo, sed de permanendo post ingressum, sed debent constituere praefixum terminum, sive ad exeundum a monasterio, sive ad religiosum habendum suscipiendum. Qualis autem debeat esse hic terminus, arbitrio Ordinariorum relinquitur ex aequo, & bono secundum subjectam materiam. *Gloss. in cap. quicunque v. statim d. 77.* Per hoc tamen quod puella non statim egreditur, non incurrit excommunicationem commorando intra clausuram, sicut nec eam incurrint Abbatibus monasteriorum illam post dictum tempus retinentes; quia excommunicatio ligat illicite ingredientes, aut detinentes illicite ingressam.

Quar. 7. An dicitur pueræ manentes in monasteriis exceptis subjacent Episcopo.

Resp. Negativam sententiam docet Celsedes cum aliis ab ipso relatis *d. dub. Regul. c. 33. dub. 337.* exceptis tamen casibus, in quibus moniales exceptæ subduntur Episcopo. Ratio fundamentalis est, quia locus exceptus, & extra diocesem equiparantur. *Gloss. in Clem. 1. de foro compet.* Et juxta hanc doctrinam sufficiente prædicti Doctores, non subjacent casibus reservatis Ordinario: quod desumitur etiam *ex c. 1. de privileg. in 6. ubi dicitur in loco exemplo commissioni supponitur, extra jurisdictionem Ordinarii Attamen absolute suffineo, dictas puellas quoad casus reservatos subjectas esse Episcopo loci, ubi habitant.* Colligitur ex Diana *p. 7. sr. 12. ref. 14.* & tenet in terminis Noguira *q. singular. diput. 1. q. 8. n. 8.* cuius fundamentum est, quia non subjacent monialium reservatis, cum non sint

Religioſæ, nec cum approbatis tantum a Superiori Regulari confiteri poſſunt, nec ſunt personaliter privilegiatae, quia non ſunt proprie commensales, cum ex ſuis vivant; ut recte docet Diana loc. cit.

Quir. 8. An ſaltem si aliqua ex his puellis ſit capitulariter admitta, & de proximo in monasterium exemptum ingressura poſſit per Pralatos ſui Ordinis a reservatis Epifcopo abſolvī.

Resp. Affirmant Vecchius, Peyrin, Diana, & Lezana in mari magno Minorum n. 36. ubi ad diuitia declaratſe Clemen. 4. Attentivit cum Delbene, Antonius a Spiritu S. in Direct. regul. tr. 2. ſedl. 5. n. 226. Quia cum parata exiſtat ad ingressum, reputari debet tanquam ingressa, argum. leg. penul. de milit. refam. Ubi proxime accingendus habetur pro accincto. Negantem ſententiam veriorem cengeo; quia puella de proximo ingressura adhuc dicitur ſecularis, neque per ſolam acceſtationem ad religionem dei potest Deo dicata, quia per ſolam acceſtationem non conſtituitur cum effectu, neque proxime in via ad religionem, cum non conſtituantur in anno probationis, qui dicit proxime ad religionem, & ratione cuius Novitiae dicuntur proximæ in via. Pasq. in dec. morat. dec. 424. n. 4. Quid confirmatur ex eo, quod puella de proximo ingressura, non gaudet privilegio canonis, licet verſemur in materia favorabili, non alia ratione, niſi quia habitus religionis nondum alſumpto; nec anno probationis inchoato non dicitur religioſa, ſed ſecularis per cap. religioſo de ſent. excomm. in 6. Ego ob eandem rationem neque gaudebit privilegio abſolutionis a reservatis.

Neque in praefentilocum habet ratio d. du-

ſta

ta ex l. penul. ff. de milit. refam. quia innititur dupliſi fictioni; quarum prima eſt quod actualiter ingressa fruuntur monialium privilegiis, non jure proprio, cum non ſint vere religioſæ, ut ex cit. e. religioſo, ſed jure alieno, & per quandam extenſionem, quatenus ſcilicet per fictionem juris, cum ſint de proximo profectaræ, habentur ut profectæ. Secunda vero, quod puella capitulariter admitta trahitur ad participationem eorundem privilegiorum, quia per fictionem pariter juris cum ſit parata ad ingressum habetur pro ingressa. Et una quidem ex his duabus fictionibus fundatur in alia; quia fictio quod puella parata ad ingressum habeatur pro ingressa ad effectum gaudendi monialium privilegiis, fundatur in fictione, quod actualiter ingressa in ordine ad eundem effectum habeantur ut profectæ. Concursus autem duarum fictionum ita ut una fundetur in alia, non permittitur in jure, L. C. de dot. permis. ubi Bald. & cæteri Doctor.

Quir. 9. An puellæ quoad uſq; cauſa educationis moratur in monaſteſi, gaudeant privilegio fori.

Resp. Non gaudere neque ratione personæ, cum non ſint Deo dicatae, juxta cap. quisquis 17. q. 4. neque ratione familiaritatis, aut com- mensalitatis, quia, ut diximus, vivunt ex pro- priis. Non per hoc tamen, ſi delinquent pu- niſti debent a judge laico, ſed ab Epifcopo. Quoniam explorati juris eſt, delinquentes pu- niendos eſſe ab Ordinario illius loci, in quo delictum fuit commiſſum e. 1. in fin. q. 6. l. ſi cui ſ. Imperator. Rota Avenion. dec. 114. n. 2. Me- noch. conf. 166. n. 17. An autem, ſi delictū ſit atrox, poſſit extrahi a monaſterio non obſtantे im- munitatē privilegio, videbimus inſta, c. 10. q. 12.

M 3

Quir.

Quer. 10. An dictæ puellæ, quæ in monasteriis exemptis educationis gratia degunt, si contingat eas mori, nulla electa sepultura, debeant in Ecclesia monialium, an in Parochia, in qua domicilium retinent, sepeliri.

Resp. Elle in monialium Ecclesia sepeliendas, sustinet acriter Bord. in Miscel. dec. 128. Tum quia partes sunt ejusdem corporis monastici, licet imperfectæ, consequenter eodem jure censenda sunt; tum quia id colligitur ex Trid. sess. 24. c. 11. & sess. 25. c. 11. in quibus locis personæ commensales actu Regularium, apud quos domicilium, & habitationem contraxerunt, gaudent eorum iuribus, & privilegiis. Immo addit idem Bord. quod si dictæ puellæ eligerent in aliena Ecclesia sepulturam, funus esset ducendum a Confessario, non a Parocho, quia ad illum spectat funus perficere, ad quem pertinet ejusdem funeris inchoatio; ad solum autem Confessarium spectat initium funeris, & caderis levatio ex monasterio, quia nemo piater ipsum ibi jus habet, cum locus sit omnino exceptus a jure Parochiali. Quare Confessario etiam debetur quarta funeralis, que datur propter onus, quod sustinetur in administratione Sacramentorum ex officio, c. 1. Relatum c. de his de sepulture. Unde cum Confessarius non minus administret Sacra menta suis monialibus, mulieribus, & puellis existentibus intra clausuram, ac faciat Parochus quivis respectu suarum ovium, eidem pari ratione debetur quarta funeralium.

Opposita sententiam tuetur mordicus Pignatellus 2. 7. consult. 65. Probat, quia puellæ, que ad tempus causa educationis sunt hospites in monasterio, dicuntur peregrinantes, desuntur ex l. 1. §. hoc autem de his, qui deje-

dejecerint ibi: Tantum autem interest inter habitatorem, & hospitem, quanum interest inter habitatorem, & peregrinantem. Si igitur sunt peregrinantes, non amittunt Parochiam, & ideo si contingat eas mori in monasterio, non electa vel a se ipsis, vel a parentibus sepultura, debent in propria Ecclesia Parochiali sepeliri. Immo si dictæ puellæ nullum in aliqua Parochia retinent domicilium, jus sepulturae spectat ad Parochum illius Parochæ, in qua situm est monasterium; quia si contingat celebrati illarum puellarum matrimonia, Parochus dictæ Parochia interest illorum celebrationis; ergo interesse debet & funeri, quia jus illius funerandi competit ei eodem jure, quo ei competit jus celebrandi matrimonia; utrumque enim est jus Parochiale.

§. IV.

De Clausura quoad Monialium egressum.

Quer. 7. **O**b quas causas possint moniales egredi e monasterio.

Resp. Causas legimus, ob quas moniales exire possunt, declaravit S. Pius V. & ad tres reduxit in sua Const. quæ incipit, Decori; edita Kal. Februarii 1569. nempe grave incendium, lepram, & epidemiam. Nominis magni incendi communiter Doctores intelligunt incendium, cui succurriri non potest absque periculo pereundi moniales, si intra claustra commoren tur. Casus incendi non respicit tantum communite tam, ut communitas est sed etiam omnes ejus personas ut singulas, atque adeo si una tantum periclitetur, cui alter succurri non possit, erit licitus egressus e

clausura. Ita Suar. s. 4. de rel. g. tr. 8. l. 1. c. 9.
n. 1. Sub lepræ nomine venit infirmitas con-
tagiosa, ob quam ea infectus a communi
omnium consortio separatur. Non erit tamen
legitima causa exeundi, si monasterium sit ita
capax, ac ea sit medendi eidem infirmitati com-
moditas, ut nullum immineat aliis monialibus
periculum. Quia in hoc casu cessat exeundi ne-
cessitas, quæ hujus concessionis est causa, ut
cum aliis notat Sanch. lib. 6. c. 15. n. 32. Nomi-
ne epidemiz non venit morbus popularis de fa-
cili sanalibus, sed infectio pestifinalis mali-
gnam qualitatem præferens, quæ facile ad
alios diffunditur cum manifesto mortis periculo.
Zachias lib. 8. r. 3. q. 1. n. 7. & seqq. & Docto-
res apud Nav. in Summa Bullar. p. 2. com. 37.

Quer. 2. An possint moniales exire ob alias
causas similes expressas a S. Pio V.

Resp. Affirmant sexdecim Doctores, quos re-
fert, & approbat Pasqual. in Lauret. num. 30.
Quia licet Pontifex utatur dictione *Nisi*, quæ
videtur excludere omnes alias causas, verum hec
dictio non excludit casus similes, ut in l. si mora
v. dunt axi ff. soluto marrim. ubi Castren. n. 9.
Jason. n. 5. & alii; ideo nec etiam in praesenti ca-
su excludet Neque obstat quedam declaratio Sac.
Congr. quæ habet, nomine epidemiz eam tantum
epidemiam intelligere, quæ est vera. *Orealis pestis*,
ita ut ob alias infirmitates huic aliquo pallo consi-
miles, sed tamen benigniores, etiam si epidemia no-
mine nuncupentur, nullo pallo monialibus professis
ex monasterio exire licet. In qua declaratione
notandum est, quod non dicit absolute similes,
sed aliquo pallo consimiles, quod est valde di-
versum; & proinde dum declarat, quod Con-
stit. S. Pii V. non se extendit ad infirmitates
ali-

aliquò pacto similes, non sequitur, quod non
se extendat ad similes; in similibus enim mili-
tar ratio finalis legis, & ideo ipsa quoque lex
locum habet. At in aliquo pacto similibus non
militat absolute ratio legis; quia non sufficit ali-
quals similitudo ad trahendam rationem legis.
Ad casus formaliter similes reducuntur imminentis
bellum, fluminis inundatio, & adficiorum ruina.
Navar. Barb. Bonac. relati a Pasqual.

Quer. 3. An sit licitus egredius e monasterio,
simonialis laboret morbo ita spiculoso, ut de-
speretur ipsius salus, nisi e monasterio egredia-
tur.

Resp. Affirmant aliqui penes Pasqual. loc. cit.
Tum quia casus iste est urgentior expressis in
Constitutione Piana; cum quia lex ecclesiastica,
qualis est hæc de monialius clausura, cum peri-
culo vite non obligat. Negat alii; quia hic ca-
sus est valde dissimilis illis tribus expressis in ci-
tata Constitutione. In illis enim solum commu-
nis boni aliarum monialium ratio habetur; præ-
sens autem casus solum respicit utilitatem monia-
lis particularis, atque adeo casus excepti in di-
cta Constitutione cum dictione taxativa ratione
beni communis non sunt extendendi ad ca-
sum utilitatis privatae. Ita Sanchez, Guttier.
Barbos. & alii relati a Pignat. r. 9. cons. 190.
n. 10. ubi etiam n. 5. addit, quod cum in Sacr.
Congreg. Concil. esset dubitatum, an mona-
sterium situm in loco paludoso, propter quem
aer sit insalubris, & periculosa infirmates
moniales invadant. comprehendatur in Con-
stit. S. Pii V. adeo ut moniales exire non pos-
sint ad curandas dictas infirmitates, Sacr.
Congreg. censuit comprehendendi, casum ta-
men esse dignum provisione speciali.

Quar. 4. An in prædictis casibus requiratur ad egrediendum licentia Superioris, & cuius.

Resp. Requiri, & patet ex Conc. ſeff. 25. de Regul. c. 6. & ex Superiori cit. Conſt. S. Pii V. Probatio cauſe, & licentia confeſſio ſpectat ad Epifcopum in monasteriis ſibi ſubiectis; in monasteriis vero ſub Regularium cura debent cauſe prebari, & licentia concedi ab Epifcopo, & monialium Superioribus coniunctim, ut conſtat ex dictione illa & ſimil posita in cita-za Conſtit. ita enim habet, *Sitque cauſa hec cognita, probata, atque etiam in ſcripturnis expreſſa per Superiores, & ſimil per Ordinariū.* Hæc enim dictio importat ſimilitatem, & coniunctionem, juxta ea, quæ habent Bald. & Rolland. & ideo, si aut Superiores, aut Ordinarius diſtentiant, nec puerū cauſam ſufficien-tem, non poterit concedi licentia, quæ de-bet eſſe in ſcriptis, ut ex cit. Conſt. in ſcri-ptis expreſſa. Nomine Epifcopi, qui approba-ſe cauſam debet, venit Vicarius Generalis, non vero Foraneus, qui non hic, ſed ille eſt vere Ordinarius, & unum cum Epifcopo tribu-nal conſtituit. Barb. cit. alleg. n. 29. Sanch. & Bonac. qui etiam extendunt ad Vicarium Capitu-larem, Sede vacante, ſi ei a Capitulo expreſſe hec potestas ſi demandata, etiam quoad mona-teria exempta; ut Superiorius diximus c. 6. I. 2. q. 2.

Quar. 5. An ſtante cauſa legitima egrellus, poſlit monialis abſque licentia exire, ſi nolit Epifcopus, vel Praelatus eam licentiam con-cedere.

Resp. Poſſe, ſi conſetur evidenter de cauſa legitimitate, ſive teneatur ad clauſuram ex ſola lege ecclesiastica, ſive ex voto, quia ne-que lex ecclesiastica, neque votum, quod ejuſ-

obl.

obligationem imitatur, cenſetur per ſe obli-gare cum gravi detrimento propriæ vitæ, & boni communis. Sanch. lib. 6. c. 15. n. 51. & Laym. Si vero legitimitas cauſæ fit dubia, Superioris judicio ſtandum eſt, atque adeo ex ſe non poterit; quod pariter afferendum eſtu, quo ex egrellu oriſtentur ſcandalum, & religioſis infamia, ut frequenter contingit ex reſiſtentia Praelato facta. Suar. t. 4. de Re-lig. trah. 8. lib. 1. cap. 9. n. 12.

Quar. 6. An dentur aliae cauſæ, ob quas mo-niales poſſant abſque licentia egredi e clauſura.

Resp. Quod ſic; ſcilicet, ſi monials eſſet iuſtæ dannata ad perpetuum carcerem; ſe-cus vero ſi eſſet iuſte denta; nam tunc ſe-neretur proprii delicti ſubite pena, niſi for-te adeo male traſtaretur a custode, ut de-ne-garetur ebus, veſtibus, aut ignis ſeu neceſſaria ad vitam luſtantandam. Ita Doctores ci-tati a Sanch. l. 6. c. 8. n. 14. Vel niſi ageretur de viranda muſtatione, aut morte violenta inſignda, vel per judicis ſententiam, ut de faculari afferunt L. flus, & ali cum D. Thom, vel per iuſtam huius aggressionem, ut in puncto firmanſ S. anch. & Tamb. diſp. 20. q. 7. n. 2. qui pariter docet diſp. 19. q. 5. ad 8. eſſe licetum egrellum, ſi periculum vitæ certo im-mineat moniali ob graves moleſtias, & ve-xationes, quas iuſtæ patiunt, & habere non po-ten-tia Epifcopum, aut Superiorem, a quo ſub-leveretur, quia hoc eſt velut ab extinſeo occi-di; & hoc extendit etiam ad caſum, in quo monialis effectu gravida timeret cum famæ propria, ac in naſterii, etiam vitæ jacturam. Ratio in omnibus prædictis caſibus eſt, quia juſ-naturæ cuique competens ad conſervandam

Vitam nullo religiosorum voto abdicatur. Huic doctrinæ ſubſcribit etiam Delbene de Immunitate Eccles. t. 2. c. 19. dub. 17. ubi n. 7. affigat diſerimen, quare licitus fit egressus, quando periculum vitæ eſt ab extrinſeco, non autem ab intrinſeco, nam in primo caſu periculum facile vitatur per fugam, non ſic in ſecondo; cum enim fit intrinſecum, comitur ipsam monialem, & ſic per fugam non cefſat, unde viget ſemper obligatio certa de clauſura.

Quer. 7. An monialis poſſit egredi ad habendam curam nepotum omni auxilio parentium.

Reſp. Non poſſe, niſi ſuamini Pontificis licentia interveniente. Sac. Congr. apud Armend. in Addit. lib. 2. t. 10. lib. 7. de Relig. n. 105. Neque ad habendam curam confanguineorum infirmorum. Tamb. & Bonac. ubi ſupra. Neque ad ſuccurendum in extrema neceſſitate parentibus, aut filiis; & ſi alii contrarium ſentiant, cum in tali caſu quam maxime urgeat ius naturæ, & obligatio charitatis. Ita Delbene loc. cit. dub. 21. advertit, quod in caſibus monialis egrēditur ſine licentia, tenerur poſtea id Superiori ſignificare. Quod in tellige, ſi poſſit, & duret egressus; quia egressu adhuc durante, poſt Superior illius emendare, ſic cauſam, cuius cognitio pertinet ad ipſum, non approbat. At non tenerur, ſi jam egressus cefſavit. Vide Bonac de clauſ. qu. 1. punt. 8. ubi norat, monialem ad tempus legitime egressam teneri ſtati redire, finito nego- tio, ad quod exiuit, quia celsante cauſa con- ceffionis egressus, cefſat confeſſio. Hec au- tem p̄ceptum de ſtati redundo, cum ſimilis in moralibus, moraliter eſt intelligentum, ita ut monialis illud non violet, ſi per unum, vel alterum diem alicubi moretur, vel ad clauſ.

clauſuram rediens in itinere alio diverterat ad viſendā imaginem ſacram, cognatam, vel ami- cam. Ita Delbene loc. cit. dub. 20. n. 4. alios citans.

Quer. 8. An monialis poſſit egredi, ut ſit Abbatissa alicujus monasterii, & ob alias ſi- miles cauſas.

Reſp. Ex communi Doctorum affirmative; diſcrepant tamen in hoc, quod eorum aliqui conſent licitum eſt egressum cum ſola Ordinarii, & Prælati Regulari approbatione, & conſenſu, nulla Sediſ Apostolice, & Sacr. Congr. interveniente facultate; quia hic etiam, ſicut in caſibus in cit. Conſt. S. Pi. V. expreſſis, militat ratio boni communis Reli- gionis, ad quam ſpectat bonam Prælatam pre- dicere. Requirunt tamen, quod iſte tranſitus fiat ad monaſterium ejuſdem Ordinis, & habi- tus. Et ita tenent decem & septem Doctores apud Delbene loc. c. dub. 14. qui ad eandem rationem afferunt, poſſe conſedi moniali e- gressum, ut ſit Magiſtria Novitiarum, quin, & ut praefit portæ, vel rotæ in alio monaſterio ſimiſliter ejuſdem Ordinis. & habitus; immo ad novum monaſterium ejuſdem Ordinis fundan- dum, vel etiam refor- mandum. Alii vero ſuffi- nent in ſupradictis caſibus non licere egressum abſque Sediſ Apostolice, vel Sac. Cong. licen- tia; & ita docent Savar. Zerola, Baib. Tamb. & Diana ex pluribus Sac. Congregat. decla- rationibus, & ita absolute eſt obſervandum, præcipue ex Decreto Pauli V. sub die 27. Decembris 1617. publicato, & generalibus Ordiniſ Procuratoribus intimato. Unde ne- que cauſa correctionis ſine tali licentia poſſunt transferri de uno monaſterio ad aliud, quamvis in primo corrigi non po- ſiat.

fint cognatorum timore, vel alia simili cauſa. Quod si aliqua monialis fit adeo incorrigibilis, ut in nullo monasterio correctio sperari possit, non per hoc ei teſcienda, ſaltem in conſulto Pon- tifice, utpote quid novum, & inuifitatum, atque adeo ſcandalum generans, quapropter in tali ca- ſu carceri poſtus, ne alias inficiat, includi de- bet, quam cum tanto ſcandalo, & prajudicio boni communis monaſterii expelli, idque ex S. Congr. in una Rodonen. 1617. & altera 1603. ſen- tentiis Barb. Gav. Lezan. & Rici. qui advertunt, quod monialis cauſa fundationis, reformationis &c. egrēſa poſſit de conſenſu utriuſque monaſterii finito negotio ad primum monaſterium redire, etiam ſi loca, cum qua egrēſa fuīt, redire nolit.

Quer. 9. An moniali concedi poſſat egrēſus ad ſtrictus monaſterium.

Reſp. Poſſe; & hoc ex declarationibus Sacr. Congr. que in una Nanaten 16. 3 & in una Rodon. 1617. expelle decernit, quod non obſlante rigorofa clauſula in monialium, poſſit adhuc mo- nialis, ſervatis ſervandis, tranſire de una reſi- gione ad aliam, at in caſu, quo tranſeat, debeat in Religione, ad quam tranſit, Novitium faci- te, & profeſſionem emittere. Ad tal. me egrēſum requiriſt Ordinatio, & Superiorum licencia, que ſufficit ſi ſi petita, ſicut non bienta, ſicut de religioſis vitis diuit. Ita Delbene ubi ſup. aub. 19. n. 7. Quod tamen non videtur admitten- dum, quia hic non agitur de egrēſu ſimpliōiter, ſed de egrēſu qualificato, oblatione clauſula, ad quam requiriſt d' ſpensatio, & licentia que- lcei poſſit concedi ab Epifcopo, conſultius ra- men eſt, u. petatur a S. Congr. ut advertit Barb. de jur. Eccl lib. 1. c. 4. n. 76.

In hujusmodi tranſlatione ſequentes ſunt ob-

ſer-
vato-

ſervanda conditions, videlicet, quod ante- quam monialis e primo monaſterio egrediatur, aliud ſit paratum, in quo benevolas habeat re- ceptrices, & etiam capiulariter, & per ſectera ſuſfragia recipiat; deinde ut dotem ſolitam ab aliis praestari ſolvat, & ſpes illi auferatur ad pri- mum monaſterium redeundi; inſuper quod tranſla- tio fiat comitantibus matronis consanguineis gravibus ab uno ad aliud monaſterium, recta via, abſque diverticulo, ac nullibi pernoctetur, niſi cauſa hospitiū, idque nonniſi apud honestas per- ſonas, ut plures fuīt obſervatum ab eadem Sacr. Congration. & precepue in una Nanat. 16. Jan. 1615.

Quer. 10. An monialis, que a monaſterio aufugit, timens iuste, & probabilitate a mo- nialibus ſui monaſterii mortem ſibi veneno inſerendam, poſſit tranſire ad aliud monaſte- rium diversæ regule, etiam laxioris.

Reſp. Affirmative. Nam cum in praefato mo- naſterio tute manere non poſſit propter odio, & perſecutiones, neque minus in monaſteriis ejusdem Ordinis abſque modis a vivere queat propter infamiam, & pudorem, quo conti- nuo ſuſſundetur, cumque in aliis monaſte- riis diversi. O dñs tranquillam cum ingenti bono, & augmento ſpirituali vitam abſque animi ſolitudine ducere poſſit, utique leita eſt tranſlatione tam ad Ordinem laxiorem, ob- mojus bonum ſpirituale, quod praecepue atten- di debet. Ita D. Th. 2. 2 q. 189. a. 8. & cum eo Suarez. Quare inuncta prius moniali po-tentia falata, cum obligatione relinquendi dozem priori monaſterio, & ſolvendi no- vam ſeundo, bujuſmodi tranſlatio indulgen- da videtur. Atque ita ſolvit Sac. Congrega-

Ego.

280 De Claus. quoad Monial. egress.

Episc. in una Messan. 29. Apr. 1603. & in una Casaro-
agustana transitus 1636. teste Pignat. s. i. conf. 120.

Quar. 11. An casu, quo totum aliquod
monasterium transferri debeat in aliud mona-
sterium de novo constructum, talis transla-
tio fieri possit inconsulta Sede Apostolica.

Resp. Non posse, & hoc ex praxi Sacr. Congr.
quæ in hujusmodi casibus solet expresse hanc
facultatem concedere, ut cum aliis observat
Cassianus v. Clauſuram. 197. Nihilominus non
desunt oppositum sentientes ex Barb. alleg.
102. n. 27. cum ibi relatis, & colligunt ex
declaratione Sac. Congr. edita 17. Julii 1615.
in qua habetur, quod auctoritas Sedis Apo-
stolice requiritur tantum ad constructionem
novi monasterii, non vero in monialium trans-
latione; unde eo ipso quod intervenit in
constructione, non est opus alia facultate in
translatione, quia haec consequitur ad con-
structionem; quare subintrat regula, quod
concesso principali, conceduntur ea omnia,
quæ veniunt in consequentiam ad ipsum. C.
prudentiam, q. si vero de off. deleg. Hoc autem est
conforme dispositioni Concilii sess. de Regul.
c. 5. ubi statuit, quod monasteria Sanctimo-
nialium extra mœna urbis, vel oppidi, cu-
rent Episcopi, vel alii Superiores, si ita vi-
debitur expedire, ut ad nova vel antiqua mo-
nasteria intra urbes, vel oppida reducantur.
Haec autem translatio, nisi nova monasteria
erigantur, fieri debet ad monasteria ejusdem
Ordinis, applicatis ipsis redditibus monasterii
translati, ut refert decimum Zerola p. 1. Praxis,
v. Monialis. An autem Episcopi possint mo-
nasteria exempta transferre, affirmit Uveins,
conf. 15. n. 47. quia etiam ipsa quoad clausu-

ram

Cap. 7. §. 9.

281
ram subduntur Episcopo tanquam Sedis Apo-
stolice delegato.

Quar. 12. An monialis cum licentia eges-
ta ad curandam infirmitatem, & intra domum
privatam inclusa, violet clausuram, si huc,
& illuc vagetur.

Resp. Non violare. Ita Navar. Sanch. & Tamb.
quia monialis non ligatur lege clausuræ nisi
intra proprium monasterium, & cum obliga-
tio clausuræ sit odiosa, ultra limites mona-
sterii non est extendenda. Si tamen Superior
moniali in domo privata commoranti præscribat
clausuram, tunc eam tenetur etiam in privata
domo servare, quia tale preceptum est a Su-
periore potente clausuram indicere.

Quar. 13. An liceat mittere extra clausuram
moniales conversas ad quæritandas eleemosynas.

Resp. Doctorum alios concedere, alios ne-
gare, ut videre est apud Donatum reg. Regu-
lar. tom. 4. rr. 3. q. 18. Consuetudini standum
esse non dubito, observatis tamen condicio-
nibus per Sac. Congregationem præscriptis,
nimis. Quod Conversæ extra casum quæ-
stuandi non egrediantur, neque ad alia mo-
nasterii negotia peragenda. Saltē binæ simul
incedant, si sint ætatis non minus annorum
quadragesima, & vita exemplaris, bonæque
ædificationis. Extra monasterium nullo modo
pernoctent, neque extra Civitatem, terras,
& loca, in quibus monasteria consiliunt, e-
grediantur; nisi ex loci angustia, & pauper-
itate secus Episcopo vel mitistro provinciali
visum fuerit esse necessarium. Quod si hac
de causa necesse eis fuerit extra monasterium
pernoctare, nonnisi in domibus perlonarum
probatae vitæ, & famæ hospitentur.

J. X.